

1552 març 18. Casa del Consell General

Els representants del Consell General de les valls d'Andorra nomenen Pere Màrtir Viciat, de Meritxell, Gervasi Moles, d'Andorra, absents, i Joan Ribot, d'Escaldes, present, procuradors especials i generals per signar acords de pau i de pau i treva amb Dídac Homedes, senyor de Vernet, i els seus, amb el consell del lloctinent general del principat de Catalunya i comtats de Rosselló i Cerdanya, en relació amb els episodis d'odi i mala voluntat contra els pastors andorrans per part del dit Dídac Homedes i els seus.

R. Minuta de manual notarial, Andorra la Vella, ANA, TCN, núm. 155, fols. 26-27.

Die XVIII mensis marcii, anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, in loco Andorre et in Domo Consilii.

Quod¹ nos, Ioannes Raymundus Fontana, del Vilar, et Ioannes Martí, alias Vidal, de Arinsalt, consules, Ioannes Regí, de Soldeu, et Simon Pelisser, del Vilar, consiliarii parrochie de Canillo, Giraldo Tomas et Ioannes Tomas, de la Grau, consules, Petrus Mair, de les Bons, et Ioannes Areny, consiliarii, omnes parrochie d'Encamp, Arnaldus Vidal, consull, Ioannes Jaume et Ioannes Cellas, de Lors, consiliarii parrochie de Ordino, Ioannes Giberga et Petrus Puy, consules, Stefanus Jouan, alias Domingo, consiliarius parrochie de la Massana, Petrus Ricart et Bortolomeus Ricart, consules parrochie Andorre, Ioannes Ribot et Petrus Ribot, consiliarii parrochie Andorre, Micael Albinyà, consol, et Salvator Guisalt et Ioannes Guitart, de Juverre, consiliarii parrochie de Lòria, omnes predicti convocati et congregati ad sonum campane, ut moris est, de mandato dictorum consulum, omnes predicti concordantes et nemine discordante, gratis *et cetera*, facimus, constituimus, creamus et ordinamus syndicos, actores et procuratores nostros certos et especiales et ad infrascripta etiam generales, ita tamen quod specialitas qualitatis non derogat neque contra, honorabiles Petrum Martirem Viciat, de Merixell, Gervasium Moles loci Andorre, licet absentes, et Ioannem Ribot loci de les Caldes, parrochie Andorre, presentem et quemlibet vestrum insolidum *et cetera*, ad videlicet pethendum, faciendum et firmandum pacem finalem per centum et unum annos vel pacem et treugam ad certum tempus vel ad imperpetuum cum magnifico domino Didaco Homedes, domino del Ve[r]net, et suis parentibus, amicis, factoribus et valitoribus ach etiam cum omnibus fautoribus ach opere et operam dantibus, interveniente tamen consilio multum illustrissimi domini locumtenenti generalis in principatu Cathalonie, comitatibus

Rossilionis et Ceritanie seu eius generali consilio dicto domino del Ve[r]neet cum parentibus, amicis, pastoribus et familiis nostris et hoch super quibuscumque odiis, rancoribus, maliis voluntatibus inter nos et pastores nostros et dictum del Vernet et suos complices secutis, tam racione vulneris per dictum del Vernet et suos complices quovis modo illatorum *et cetera*. Et pro premissis quecumque iuramenta et homagia ore et manibus comendata in posse dicti domini locumtenenti generalis seu in posse cuiusvis officialis regalis seu aliis officialis prestando sub illis penis in quibuscumque treugis apponendum, et pro hiis quecumque instrumenta firmandum *et cetera*. *Fiat largo modo et cetera*. Iurando.

Testes: Petrus Miquel, de la Masiera, diocesis Lemovicensis, et Ioannes Canigas loci de Ranar, Fuxi comitatus².

1. *Al marge esquerre* Sindicat de les valls de Andorra. — 2. *No hi ha cap element que ens indiqui si es va fer la redacció de la nota del llibre o la del document en pública forma.*